

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 4. Quinam alii sunt effectus Pœnitentiæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

*De Sacramento Pœnit.* Cap. IV. 19

posset : ita quædam sunt peccata , quæ non remittuntur ; quia is qui ea commisit , gratiam Dei spernit , quâ solâ curari potest : juxta id quod habetur Proverbiorum 18. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum contemnit.*

Et in hoc sensu Divus Augustinus dixit :

*Tanta labes est illius peccati , scilicet cùm post agnitionem Dei per gratiam Christi , op- pugnat aliquis fraternitatem ; & adversus ipsam gratiam invidiæ facibus agitatur , ut deprecandi humilitatem subire non possit , etiam si peccatum suum malâ conscientiâ agnoscere & annunciare cogatur.*

Cùm etiam legimus aliquos non esse consecutos veniam peccatorum suorum , licet eam ardenter petierint , id accidisse omnino fatendum est , quia non verè dolebant de peccatis suis ; hinc ait Divus Thomas : *Nec Antiochus verè pœnituit : dolebat enim de culpa præterita , non propter offensam Dei , sed propter infirmitatem corporalem quam patiebatur , quam agnoscebat ex peccato suo procedere.*

*Quæst. 4. Quinam alii sunt effectus Pœnitentiae ?*

*Resp.* Concilium Tridentinum ait : *Effectus hujus Sacramenti quantum ad ejus vim & efficaciam pertinet , reconciliatio est cum Deo , quam interdum in viris piis , & cum devo- tione hoc Sacramentum percipientibus , con- scientia pax & serenitas cum vehementi Spi- ritu consolatione consequi solet.*

*Quæst. 5. Bona opera facta ab eo , qui erat in statu gratiæ , quique postea incidit in mortale peccatum , per quod meritum amiserunt , recuperantur ne per Pœnitentiam ?*

*Resp.* Ut ait Divus Thomas : *Opera mari-*

S. Aug. lib. 16  
De Serm. Do-  
mini in mon-  
te. cap. 43.

S. Tho. 3. q. 86. art. 1.  
ad 19

sess. 14. cap. 3.